

IN COMMENTARIOS SVOS PREFATIO.

modi, in quæ non parum eius notitiae antiquitatis, quam iugi paraueram lectione, possem effundere, ut eodē labore simul exercerem stilem, atq; ingeniu meum: simul alijs mea studia nonnihil afferrent fructus, simul aliquam ingenij atq; eruditiois gratiā pararē. Et fuit illa profecto iuuensis quædam cogitatio, quæ longe aliter experiencingo processit, q; ipse mecum eram ratiocinatus: nam opus præterquā quod est lōgissimū, habet in se miram rerū omnī varietatem, historias, fabulas, naturalia, rhetorica, mathematica, geographicā, moralia, theologia: & horum nihil prop̄, vel tenuiter, vel mediocriter. Iam libri erant supra quām dici possit mendosi, qui totam Augustini sententiam prava scriptura aliō auertebat. Hic iam non exiguus in castigādo ex veteribus libris, tum etiam in diuinādo labor: nam & diuinādum sē penumero fuit, & coniecturis vera restiūda lectione: oris nihilominus sum scribere circiter Calēdas Ianuarias, anni superioris, id est M. D. X XI. & confecto ad finem mēlis primo libro, affertur de Gulielmi Croij Cardinalis patroni mei morte, qui Vormacię nature concesserat. Facile intelligere quisque potest, vt ea res studiorum meorum quietem concusserit, sublato eo, qui mihi vnuſ ocia faciebat, quāta cupiebā. Hinc vt nulla vnuquam calamitas venit sola, in moribū incidi nō simplicem: ita ad curam valetudinis coact⁹ sum me Brugas conferre ad meos Hispanos, inter quos æger more ac modo meo commodius tractarer. conualui mense Iunio. Et quoniam dicebantur eodē Carolus Cesar, & Britannus Cardinalis venturi, ea mea res ibi aliquot mēsibus tenuit, vt Erasmus & Morum cōuenientem, viderem⁹ T onstallum, & Monioium, & doctos alios, tū amicos plerosq; meos, qui eodem venturi dicebāt. Eo loco scribere nō licebat, quod bibliothecam, qualem optabam, non haberem: vnde quā scribenda forēt, suppeditarentur. Tātum libros aliquot ad vetusta exemplaria cōtuli, quorum vnu dederat mihi Marcus Laurinus decanus sancti Donatiani Brugensis: alterum Carmelite Brugenses: tertium Erasmus missum ad se Colonia Agrippina, scriptū, vt ferūt, manu Diui Lutgeri episcopi. Mira dictu res quanta in codicibus varietas: vt vnu quisque describentium putaret sibi licere verba arbitratu suo ponere, modo cōtare sensus, quasi interpretatio effet nō exscriptio. ita in hoc libro legas arbitror, in illo puto: in hoc significatū, in illo figuratū: hic præsens, alibi iste: hic habet ergo, ille igitur: hic aternus, ille immortalis: hic flexisse, ille deflexisse, alijs inflexisse. Sed hæc fortassis tolerabilia. quid illa detracta, quid addita, inuersa: Iam quoties erratū quod versionem

LXX. interpretum, quam vbiique Augustinus adducit, voluerunt ad hanc nostrā detinere, & ex duabus male coherentibus vnam facere. nec aliud èque fuit molestum mihi, vt variam lectionem expendere, examinare, excutere in vnoquoque capite non semel, quæ erant difficultiora in commentarijs annotau, quæ vero apertiora & promptiora in margine, id accuratius feci in locis sanctarum literarum propter carum mysteriū. In plerisq; ve- riorem indicavi lectionem, & quid sentirem, aperui. In ceteris adiecissem quid legerent alij contentus, nihil lectori præjudicans, liberam illi atq; integrā censuram reliqui. Fruetur per me suo quisque sive ingenio sive iudicio. Post Cæsaris & Cardinalis digressū redij Louanium sub finem Septembri, hic compositis rebus, & digesta bibliotheca coepi totus in scriptiōnem incubere: ita mihi ea hyeme vñq; ad quintumdecimū librum est progressum. Extremo vere quod salutandi erant amici, patrates in Hispaniam proficiisci cum Cæsare, in termisi opus. Erasmo subinde extimulante & instantē, vt perficerem, vt mitterem: redij Louanium, & quanta maxima potui diligentia mense vno quatuor postremos libros absoluti cum bona parte decimioctau: veniq; ad has præfationes scribendas adeo fessus, & labore tanto tamq; vario fractus, vt literas omnes librōsque nelcio, quemadmodū animus auergetur, velut crudus stomachus ac redundans cibos omnes: liberari tandem ea molesta misere cupiens, & vniuersis atq; vnicis votis exceptans: ita vt quum ad calcē perueni, nec pecuniam, nec gratiam studiorum villam, nec aliud quicquam existimarim æque esse pre- cium operæ, ac solutum tandem liberatumq; esse me labore tam sinuoso & plerunque in- ameno. Narrandæ fuerunt fabulae & hysto- riae: describendæ regiones & vrbes, tum consulendi Platonici penē omnes, & reliquæ phi- losophorum nationes, & theologica tractan- da, in quib⁹ parcior quām in profanis aliquot de caulis fui. Primum, quod nō decebat pro- fanum hominem, nec natu grandem temere de sanctissimis rebus vel definire, vel disputare. Deinde quod historia sacrarum literarum notior solet esse lectionis Augustinum, & hu- iusmodi authores, quām vt opus sit eam per me repeti, quæ indicatis locis ex sacris libris fusius & apertius cognosci potest, quām vt à me hic pluribus videretur explicanda. Iam dicta ex arcani nostræ religionis literis, ab Au- gustino adducta, nonnulla enarravimus: alia præteriimus, quod viderem non hunc esse illorum explicandorū locum. Authores pro- phanos crebros ad confirmanda Augustini dicta velut testes induximus, quod fides dicto-